



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 28. Cardinalis de Turrecremata obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Secul. XV.
A.C. 1468.

§. XXVIII.

Cardinalis de Turrecremata obitus.

Hoc anno die vigesima octava Septembris Cardinalis de Turrecremata obiit, annos natus octoginta. Hoc nomen fortiebatur a nativitate suæ loco, qui Hispana lingua *Torquemado*, ac latino idiomate *Turriscremata* dicitur, atque in Palenciensi Diocesi situs est. Is ordinem S. Dominici in conventu Vallisoletano primum professus, singulari scientiarum laude in universitate Parisiensi claruit, atque academicis honoribus ornatus, Theologiam, atque Ecclesiasticam Jurisprudentiam publice tradidit. Dein in Hispaniam redux, haud diu ibidem morabatur, sed Anno millesimo quadringentesimo trigesimo primo ab Eugenio IV. Pontifice Romam vocatus, Magister S. Palatii renuntiatus est. Decernebatur ad

quam ut illos duntaxat Principes tanquam magnanimos deprædicet, qui profuso in vulgus auro inquietorum ora obstruunt, aut crebro armorum strepitu exterorum regiones invadunt, indeque suis prædandi spem faciunt; illos econtra Principes vulgus contemnit, qui pace, ac salutaribus consiliis & legibus calamitates belli redimunt, ac patriæ incolumitati consulunt.

ad Basileense Concilium, ubi acriter contra Hussitas conflixerat, & Pontificis auctoritatem egregie tuebatur. Demum ad Florentinam Synodum accersitus, cum Marco Ephesino in arenam descendit; tandem in laboris præmium Anno Salutis millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono ad Cardinalitiam dignitatem sub titulo S. Sixti evectus, in Franciam Legatus mittebatur, ubi Bituricensi conventui interfuit. Pluribus Legationibus decoratus, Anno Christi millesimo quadringentesimo sexagesimo primum Gallæciensis, demum Albanensis Episcopus nominatus est, quam tamen Sedem quarto post anno cum Episcopatu Sabinensi permutavit. Plurima ingenii sui monumenta posteris reliquit, quorum tamen stylus minus limatus, barbariem, & scholasticorum atque Canonistarum sterilitatem redolet: Theologiæ, ut in Scholis traditur, ac Jurisprudentiæ disciplinas indefesso studio excoluit, omnesque utriusque scientiæ subtilitates mire affecutus est, easque ingenti facilitate in usum deduxit.

Sæcul. XV.
A C. 1468.

§. XXIX.

Hujus Cardinalis Opera.

Eo Auctore in lucem prodire, *Commentarius in decretum Gratiani,* quinque *que* *Com-Collect. Cons. P. Labbe tom. 13.*